Quod poni debet vt fiat constructio plena
Hec secū precibus ne bonum parere precantis.

¶ Eclypsis est quidā defectus necessarie dictiones que poni deberet vt constructio fiat plena. i. perfecta vt patet in littera Hec secū deficit loq̄batur. vt p̄cibus ne bonū parere p̄cantis. Deficit em̄ fili. Et dicitur ab e quod est extra et clepo clepis qd̄ idē est qd̄ furor furaris: q2 quod subtrahimus furamur.

tapinosis. — Cum per verba rei magne submissio fiet
Tunc tapinosus erit/si dicatur mare gurges.

¶ Tapinosus est humilitas verbi rei magne. Cōstrue. Tapinosus erit tunc. p qn̄ submissio rei magne fiet per verba sc; humilia. vt si dicatur: mare gurges. Gurges est em̄ parue aque riuus. mare vero est omniū capax aquarum.

Cacosynthecon — Et male confusa cacosynthecon est vocitanda.
Congeries vocum/te moui prelia contra.
Discipulos cedit virgis cum terga magister.

¶ Cacosynthecon est vitiosa dictionū cōpositio. Cōstrue. Congeries. i. cōpositio vocū. i. dictionū male cōfusa. i. male ordinata. est vocitanda cacosynthecō Deinde ponit exemplū. Cedit cum virgis discipulos terga 7c. Iste em̄ dictiones confuse ordinantur: qd̄ patet reducendo ipsas ad debitum ordinem.

Perisologia — Perisologia dicenda superflua vocum
Additio sine vi rerum que significantur
Qua poterant ibant/sed nō qua non potuerunt.

¶ Perisologia est supuacua vel supflua additio vocū .i. dictionum sine vlla vi rerū. vt in exemplo autoris. Ibant qua poterāt: sed nō ibant qua nō potuerūt Multa eñ sunt hic supflua que nō habēt vllā vim rerum. Bene scimus qd nō ibant nisi per locum per quē potuerūt: superfluū ergo est. hoc addere.

Cū res comprendit varias sententia longa.
Macrologia datur / prologis hoc sepe videmus.

Macrologia

¶ In precedentibus metris autor dicit q cū sententia longa cōprehendit res varias .i. nō necessarias tunc macrologia cōmittitur. vt in hoc exemplo. Legati non impetrata pace retro vnde venerant: domum reuersi sunt. Ideo dicit. hoc sepe videm⁹ in prologis: qr multa continent in plogis q nō sūt necessaria

Amphibologia constructio non manifestans
Sensum perfecte / puto te socium superare.
Hoc fit multociens quia non determino plene
Affectum mentis defectu prepediente
Siue duplex sensus ex verbis possit haberi.

Amphibologia.

¶ Amphibologia est ambignitas sermonis seu dictionis q̄ fit per accusatiuū casum. vt si quis dicat. puto te sociū superare. Aut per cōmune verbum vt criminatur catho. Aut per distinctionē. vt vidi statuā auream hastam tenentē. Fit etiā per onoma. vt si quis aciem dicat ⁊ non addat oculoꝝ: vel exercit⁹ vel ferri. Fit preterea pluribus alijs modis quos recensere omnes ne nimis sit nō oportet. Onoma sunt ea qnorum varia sunt significata vt acies ⁊ lira acus fatum canis ⁊ similia.

Confundit casus numeros genus aleotheca.

aleotheca

¶ Aleotheca est generale vitiū ideo nō computatur cum predictis duodecim Et habet fieri per casus. vt vrbem quē statuo vestra est. Per numeros. vt quo milite celum vicerat. Per genera. vt preneste sub ipsa.

ADdendo sepe fiet methaplasmus & eius
Prothesis ē species epēthesis & pagoge.
Subtrahis interdū species tunc eius habenda
Auferesis vel syncopa sunt vel apocopa finis.

metaplasmus excusans barbarismuz. hz fere species. xxi.

¶ Metaplasmus est transformatio quedā recti solutiqz sermonis in alteram speciē ordinat⁹ necessitati sue causa. Subtrahit interdū .i. aliqñ metaplasmus fit subtractione littere vel syllabe. Et tunc eius species sunt auferesis / syncopa ⁊ apocopa. Dico de vitijs annexis: sequitur figurꝫ excusantib⁹ dicta vitia annexa. Et primo de figuris excusantibus barbarismū. Secundo soloecismum. Tercio vitia annexa. Scda ibi. Dat species. Tercia ibi. Multa tropi. Dicit ergo sic. Methaplasmus fiet sepe addendo scz litteram vel syllabam: ⁊ tunc eius species sunt prothesis / epenthesis / ⁊ paragoge.

Auferesis tollit capiti / sed prothesis addit.
Syncopa de medio tollit quod epenthesis auget
Hoc fini quod tollit apocopa dat paragoge.

Differentia figurarum

Nunc declarat species metaplasmi supradictas. Et dicit quod auferesis tollit id est aufert litteram vel syllabam de principio dictionis. ut mitte pro dimitte. Sz pthesis addit litterā vel syllabā in principio dictionis. vt gnato pro nato. detulit pro tulit. Syncopa de medio tollit. vt audacter pro audaciter. Cui contraria est epenthesis. vt induperator pro imperator. Apocopa tollit fini. vt achilli pro achillis. Cui cōtraria est paragoge. vt soluier pro solui.

Systola

Si longam breuies debet tibi systola dici.

Quasi dicat quod systola committitur si littera longa naturaliter corripitur. vt in Cathone. Non eodem cursu.

Extasis.

Extasis esse solet si produces breuiandam

Extasis fit quando syllaba naturaliter breuis producitur. vt in Ouidio. Ui tam dederitis in vndis.

Cesura

Bis binas species habet extasis: hasque vocamus

Cesuras: faciet pentimemerim tibi terni.

Syllaba prima pedis / ibi produces breuiandā.

Cesura dicitur a cedo cedis. i. diuido diuidis: quia per cesurā diuiditur aliquid ab illa precedente et iungitur cū sequente. Dicit quod extasis habet quattuor species: et ipsas appellamus cesuras. Unde videndū est quid sit cesura. Cesura est immutabilis extensio que fit in principio pedis et in fine dictiōis. Et nota quod nunquā fit in primo nec in vltimo pede versus. Fit enim in principio tercij pedis quando enim syllaba breuis producitur. vt in Ouidio. Mittit hypermestra de tot modo fratribus vni. Et ista talis cesura vocatur pentimemeris. Et hoc est quod dicit. Faciet pentimemerim. etc.

Semipēti.

Semi vel ante preit / producetur que secundi.

Antepēti.

Prima pedis: vt in hoc poteris cognoscere versu

Quasi dicat quod semipentimemeris vel antepentimemeris fit producendo primam syllabā secundi pedis que naturaliter breuis erat. vt poteris cognoscere in hoc versu. In scansione dicimus. Prima pedis vt in etc.

Quarti prima pedis epētimemerim tibi format.

Producendo breuem / versus hoc denotat iste.

Id est epentimemeris fit breuē producendo. vt in principio quarti pedis versus iste denotat hoc videlicet producendo breuem versus hoc.

Post eptimemerim dat quinti syllaba prima.

Curtam producens sicut versus habet iste.

Quasi dicat quod eptimemeris fit breuē producendo in principio quinti pedis. sicut iste versus habet. i. manifestat vel continet. Curtā producēs sicut versus habet iste

Alia speci es cesure.

Altera cesure species si subiciatur.

M cum vocali vox cuius littera prima.

Vocalis / nec in his ideo collisio fiet

O vtinam populum hunc saluet gratia christi.

¶ Positis principalibꝰ speciebus extasis: altera species cesure est si dictio cuiꝰ penultima littera est vocalis subijciatur huic littere m vel vocali. Quasi dicat ꝙ si aliqua dictio finiatur in m vel in vocalem: et sequens incipiat a vocali Nec in his dictionibus. ideo fiat collisio id est si non abijciatur aliqua dictaꝝ litterarum. Exemplum ponit ipse in littera. O vtinam populum hunc saluet ⁊c̄. ¶ Cum dicit o vti. ecce illa dictio o finitur in vocalem: et sequēs scʒ vtinam incipit a vocali. Cum vero dicit populum hunc. ecce li populum finitur in m ⁊ sequens scʒ hunc incipit a vocali. ⁊ neutra ipsaꝝ abijcitur: immo remanet in versu. vt patet. O vti/nam popu/lum hunc ⁊c̄.

Syllaba diuiditur/tunc dierisis vocitatur. Dierisis

Aulay in medio libabant pocula bacchi.

¶ Dicit autor ꝙ vna syllaba diuidit̄ in duas tūc dierisis vocitatur. i. nominatur sic illa figura. Exemplū ptʒ in littera. Aulay in medio ⁊c̄. aulay pro aule.

Si iungam plures dic syneresim tibi factam synerelis.

Hec etiam species dicatur epinalimpha

Fixerat eripedem ceruam vir ꝶ eneus esto.

¶ Quasi dicat ꝙ synerelis fit si plures voces in vnā cōglutinētur que alio nomine dr̄ epinalympha. De hoc patent exempla in littera. Fixerat eripedem ꝓ aeripedem. i. vocalem. vir eneus pro aeneus. i. durus vel crudelis. Hec autem figura est contraria dierisi de qua dictum est.

Eclypsis necat m/perimit synalimpha vocalem Eclypsis.

Tu populū alme deus saluasti a morte redēptor. synalipha

¶ Synalimpha est qn̄ vocales inuicē cōcurrūt ⁊ eaꝝ altera abijcit̄. Exemplū ponit autor. Tu populū alme ⁊c̄. ⁊ hoc ē de eclypsi. saluasti a morte redēptor ⁊ hoc est synalimpha. Eclypsis est ꝯsonantiū cū vocalibꝰ aspere ꝯcurrentiū q̄dā dura collisio. vt in Virg. Littora multum ille ⁊ terris iactatus ⁊ alto. In scāsione colliditur illa cum sua vocali. Et etiam illa vocalis e abijcitur.

Viles sunt iste pre cunctis est fugiende.

¶ Dicit ꝙ iste figure eclypsis ⁊ synalimpha sunt viles ⁊ fugiende id est euitāde pre omnibus alijs.

Syncresis istarum solet vtraqʒ sepe vocari. syncrelis.

¶ Dicit ꝙ vtraqʒ predictaꝝ duaꝝ figurarum solet vocari id est nominari syncresis. Et dicitur a syn quod est con: ⁊ cresis iunctio vel iudicium: quasi cōiunctio vel coniudicium litterarum.

Non solum voces sed tempora sepe videmus

Elidi metris/velut hic vale inquit iola.

¶ Dicit ꝙ nō solū voces seu littere eliduntur: hoc est abijciuntur in metris sed etiam tempora vt hic. Vale inquit iola. Nam illa syllaba le cum sit longa duo tempora debet habere: sed non habet nisi vnum cum breuis efficiatur. Ista figura dicitur boetis.

Dicitur antithesis si littera ponitur vna antithesis

Ponere cum debes aliam/sic dicimus olli.

¶ Antithesis est littere pro littera positio. vt cũ dicimus olli pro illi. ponit̃ eñ o pro i. Et hoc fit causa maioris sonoritatis. magis eñ sonat o q̃ȝ i.

Metathesim.

Metathesim facies si transponas elementum.

Si dicas teucre cum debes dicere teucer.

¶ Metathesim est transpositio litterarũ in alienũ locum. nulla tñ littera ex dictione sublata. vt si dicas teucre cum debes dicere teucer. ⁊ est propriũ nomen viri. Nominatiuo hic teucer. Genitiuo huius teucri.

A te vitari debent species metaplasmi.

Sed pentimemeri solũmodo nos decet vti.

¶ Hic dat cautelã quantũ ad vsum quarundam figurarũ. Et dicit q̷ species methaplasmi de quibus dictũ est supra debent vitari a te. Sed solũmodo nos decet vti pentimemeri de qua dictum est.

Syncopa

Syncopa cũ fiet veterum vestigia seruet.

¶ Hic dicit q̷ si volumus vti syncopa debemus seruare vestigia veterũ. hoc ẽ committere dictam figuram in dictionibus in quibus veteres commiserunt: vel in similibus ⁊ non in aliis.

Schematis excusãtis soloecismũ xvii sũt species

Dat species tibi schema prolesim zeunia silepsim

Est ⁊ hyposensis anadiplosis epinalensis.

Est ⁊ epyzensis ⁊ anaphora paranomeon

Et cesionomaton addis ⁊ omoteleuton.

Et paranomasia polisintheton addis hyrinos

Iũgis homoptoton his/ piterq̷ poliptotõ addis.

Ultima dialeton vel asintheton est vocitanda.

¶ Superius dictum est de figuris que dicitur methaplasmi excusantib⁹ barbarismum. Nunc dicendum est de figuris schematis excusantib⁹ soloecismũ. Schema non diffinitur cum sit equiuocum scȝ in schema lenseos et in schema diancos. Primum pertinet ad grãmaticos: reliquum ad oratores. ¶ Figure schematis sunt fere. xvii. que numerantur in littera.

Prolepsis

Presumit que sunt suprema locanda prolepsis.

Cerno ducentos hinc natos hincq̷ nepotes.

¶ Donatus. Prolepsis est prepositio rex ordinatax. Virgili⁹. Interea reges ingenti more latinos. Procedũt castris. hic in speciali determinat de figuris quas numerat. Et primo de prolepsi. Sed est sciendũ q̷ duplex est prolepsis, scȝ constructionis ⁊ locutionis. hic intendit de prolepsi locutionis. Et dicit q̷ prolepsis presumit. i. primo sumit ea que sunt locanda suprema. i. vltimate ordinata. Hoc patet in exemplo autoris. Cerno ducentos.

Zeuma

zeuma fit in verbo si plurima clauseris vno.

Hymnus christe tibi/ tibi laus ⁊ gloria detur.

¶ zeuma similiter est duplex. scȝ constructionis ⁊ locutionis. zeuma locutiõis

sit quando plurima supposita vni verbo attribuuntur. vt hymnus. Christe ti=bi/tibi laus/tibi gloria detur. Donatus. zeuma est vnius verbi cōclusio diuersis clausulis aperte coniuncta.

Clausas dissimiles ligat vna voce sylepsis — Sylepsis

In te christe salus/in te sunt premia nostra.

¶ Sylepsis est dissimilis clausularū per vnum verbum conglutinata conceptio. vt patet in littera. In christe salus ꝛc̄. Et differt a zeumate: q2 in zeumate est coniunctio aperta quantum ad congruitatem: sed in sylepsi non. Et habet fieri pluribus modis: vt patebit statim.

Cum collectiuo iunctum plurale sylepsis — Prio mō.

Assignant aliqui plebs ista parant equitare

Sed magis est propria ꝯstructio plebs parat ire

¶ Dicit q̄ aliqui assignant sylepsim qn̄ plurale verbū iungitur cū nomine collectiuo. vt ista plebs parant equitare. Deinde prohibet nobis talē ꝯstructionē dicens Sz magis est propria constructio plebs parat ire.

Estq3 sylepsis vbi pro multis ponitur vnus — Scdo mō

Ut cum dices adest rex multo milite cinctus.

¶ Dicit q̄ sylepsis etiā est vbi vnius ponitur pro multis: cum dicis. adest rex multo milite cinctus. multo milite pro multis militibus ponitur.

Reddit hipozeusis persone plurima verba. — Hipozeu=sis.

Uni nos mundet nos ornet gratia christi.

¶ Hipozeusis fit qn̄ plurima verba vni persone attribuuntur. vt patet in exē=plo autoris. Nos mundet nos ornet gratia christi. Ecce illa verba mundet et ornet attribuuntur illi nominatiuo gratia.

Fiet anadiplosis verbi geminatio/quando — Anadiplo=sis.

Principium clausule fit idem cum fine prioris.

Nūmis istorū caret alter/ꝛ alter abundat

¶ Anadiplosis fiet quādo eadem dictio que est in fine prioris clausule reppe=ritur in principio sequentis. vt patet in exemplo autoris. Nummus istoꝝ caret alter ꝛc̄. Construe. Geminatio verbi. i. dictionis fiet anadiplosis quādo prin=cipium clausule fit idem cum fine prioris. scz clausule.

Clausulis principiū dat anaphora pluribꝰ vnū. — anaphora

Christus mundauit christus nos purificauit.

¶ Anaphora est repetitis eiusdē verbi per principia plurium clausularum. vt patet in littera. Christus mundauit: christus nos purificauit. et ibi. Laudate dominū de celis: laudate eum in excelsis.

Principio finem facit epinalensis eundem — Epinalen=sis.

Nobis grata prius nō sunt modo congrua nobis

¶ Epinalensis est qn̄ principium clausule idez est cū fine. vt ptz in lr̄a. Nobis

grata prius nō sunt mō cognita nobis. Ecce li nobis ponit in pncipio et in fine clausule. Et Uirgilius. Multa super priamo rogitans super hectore multa.

Epizeusis

Unius est epizeusis geminatio verbi
Significans idem meme petit vltio digna.

¶ Epizeusis eiusdem verbi congeminatio in eodem versu sine aliqua dilatione. vt pz in littera. Meme petit vltio digna. Ecce li me cōgeminatur sine dilatione. vt in ysaia. Consolamini consolamini popule meus.

Paranomasia.

Voces pene pares que sunt diuersa notantes.
Dant paranomasiam: non curat vera sed era

¶ Paranomasia fit quotienscunqꝫ de noīe aliud efficitur nomen fere simile in voce sed dissimile in significatione. vt hic non curat vera sed era. Pene similia sunt in voce: diuersa in significatione. ¶ Nota ꝙ per paranomasia alio nomine dr̄ annominatio vel agnominatio. Alio noīe dicit deffizo. Et hoc est apud vulgares qui per modum truse vnum verbum eliciunt ab alio.

Paranomeon.

Principium simile voces iuncte retinentes
Dant paranomeon / vim vitat virgo virilem.

¶ Et fit quando in eisdem syllabis plures dictiones inchoant. vt pz in textu

Schesionomatuz.

Junctura simili / voces multe sociate
Dant schesionomaton / vmbone repellit vmbo.
Pes pede cōprimitur: ensisqꝫ retunditur ense.

¶ Schesiononiaton est multitudo nominū ꝯiunctiuoꝝ quodā̄ ambitu copulandi. vt hic. Umbone repellitur vmbo. pes pede cōprimit: ensisqꝫ retūdit ense

Homoptoton

Clausula totalis tibi format homototon vno.
Casu contenta / tristes flentes lachrymantes

¶ homoptoton est cū in similes casus verba diuersa exeunt. vt flentes tristes lachrymantes. hec figura dicitur alio nomine similiter cadens.

omoteleuton

Cum plures voces sub fine tenentur eodem
Omoteleuton erit / hinc carmina cōsona subdis.
Atqꝫ leonina simul et caudaria iunges.

¶ Omoteleuton erit cū plures voces seu dictiones tenent eodē fine: et similit terminātur. huic figure subdūtur carmina consona in medio ꝛ in fine ꝛ caudaria scz rithmi / in quib⁹ attendit consonantia finaliū syllabarū. vt ibi. hystrio debita nō sibi credita soluere curat. Inficiatur si moueat fusqꝫ curat.

Poliptoton

Per varios casus distincta polipteton explet
Clausula / littoribus contraria littora / fluctus
Fluctibus esse precor / populos populis inimicos.

¶ Poliptoton est multitudo eorūdē nominū varietate casuū distincta. vt precor littora esse contraria littoribus. fluctus contrarios fluctibus ꝛc̄.

Longa tenens seriem constructio fiet hyrinos — *Hyrinos.*
Principio celum terrā camposqꝫ patentes
Lucentemqꝫ globum lune/titaniaqꝫ astra
Spiritus intus alit

¶ In precedentibus metris dicit qꝫ hyrinos est series orationis tenorem suū vsqꝫ ad vltimū seruans. Et ponit exemplum. Virgilij. Principio celum terras camposqꝫ patentes. Lucentemqꝫ globum lune titaniaqꝫ astra. ꝛc.

Diuersas voces coniunctio plurima iungit — *Polisyn/theton*
Sic polisintheton ē/materqꝫ paterqꝫ nepos qꝫ

¶ Polisintheton est locutio multis nexa constructionibus. vt. patet in littera. materqꝫ paterqꝫ neposqꝫ.

Cum sine iunctura voces varie sociantur — *Dialiton.*
Dialiton facient/rex miles plebs negat istud

¶ Dialiton siue asintheton ē figura supiori ꝯtraria. Fit em̄ qn̄ varie dictiōes siue iunctura inuicē sociant̄ vt patet hic. Rex miles plebs negat istud.

Fulta tropi species metaphora metonymia
Antonomasia catacresis vel metalepsis — *Tropi ex/cusātis vi/tiū ānexa/ sunt. xiii./ species*
Onomathopeia vel epitheton acomozensis
Synodoche vel parifrasis simul allegoria
Addis hipbaton istis ꝛ hyperbole sit sociata

¶ Dicto de figuris excusantibus barbarismum ꝛ soleocismum. Sequitur de figuris excusantibus vitia annexa. que quidem continentur sub tropo.
¶ Et est tropus dictio translata a ꝓpria significatione ad non proprā ſm similitudinem ornatus necessitati siue causa. Cuius species sunt tredecim quas autor numerat in littera.

Cum res est alii similis pronomine nomen — *metaphora.*
Ponitur vt sit homo simplex cū dicitur agnus
Debet metaphora dici translacio talis.

¶ Hic autor declarat primā speciē tropi q̄ dr̄ metaphora. Et ē metaphora qn̄ verba transferunt̄ ꝑ similitudinē. Verbi gra. Est aliquis homo simplex ꝛ dicā illū hominē esse agnū ꝑ similitudinē. qꝛ agnus dicit̄ esse simplex propter eius innocentiam. Metaphora fit multis modis quos nō curo specificare cum satis pateant querentibus autoribus.

Fit catacresis vbi sub nomine res alieno — *Catacre/sis.*
Signatur: sic pisce carens piscina vocatur

¶ Catacresis est vsurpatio nois alieni. vt piscina est locus pisciū. Nihilominus interdū sumit̄ pro loco piscibus carente dum tamen sit aquosus.

Metalepsis. Pro preeunte sequens positū faciet metalepsim
Ut cum significas tot annos per tot aristas

¶ Metalepsis est dictio gradatim pergens ad id qd ostendit. vt cum significas annos tot per quod aristas. In quolibet em̄ anno producuntur ariste. et ideo per tot aristas tot annos significamus.

Methoninia. Plures esse modos reperimus methoninie
Cū pro contento quod continet aut viceversa
Ponitur: vt factor pro facto/vel retrouerte.

¶ Metonimia est veluti quedā denominatio. Et fit multis modis: videlz qn̄ illud qd continet ponit pro contēto: vt hic. Nunc pater es libate soni. Aut ecō uerso. vt hic. Crateras magnas statuit et vina coronant. Aut qn̄ factor ponitur pro facto. vt Sine cerere et bacho friget venus. Aut ecōuerso: vt vina precamur. Fit enim metonymia quando efficientē per effectum ponimus vt hic Pigrum frigus. aut econuerso vt hic. Jungit equos auro genitorqz spumantisqz addis ora frenis.

Anthonomasia Antonomasia solet excellentia dici.
Si propriū taceas nomen ponens generale.
Sic dauid insinuas nomen dicendo prophete

¶ Antonomasia est significatio vice nominis posita. Et fit tribus modis s. ab aio: vt magnanimusqz anchisiades. A corpore: vt ipseqz arduus alta pulsat sydera. Et ab extrinsecis actionib9: vt infelix puer atqz impar congressus achilli ¶ Antonomasia fit qn̄ nomen cōe ponit pro ppūo. vt cū dicit ppheta intelligimus de dauid. Et hoc fit vt excellentiā denotemus.

Epithetō. Si iungas propriū voci rem significanti
Fiet epitheton: sic dicas tristia bella

¶ Epitheton fiet si proprium adiungat voci. i. dictioni significanti illud proprium: vt tristia bella. Bella enim significant tristia: nihilominus addit illud proprium cum dico tristia.

Synecdoche Si partem sumas pro toto vel viceversa.
Synecdochen facies dicēs hoc est caput albens.

¶ Synecdoche est significatio pleni intellectus cū plus minusve pronunciās Fit em̄ si partē sumas pro toto: vt pubesqz tue pubesqz tuorū: aut econuerso. vt igne fontēqz ferebant. Duplex est synecdoche. s. constructiōis et locutionis Synecdoche constructiōis continet sub scemate et est species antiptosis. De synecdoche locutiōis hic dicit.

Onomatopeia Onomatopeiam facies si nomina signes.
De sonitu tracta/sic sus scropha dicitur esse.

¶ Onomatopeia est nomen de sonitu factum. Sic em̄ sus dicit esse scropha a sonitu quē facit. Sic em̄ tintinabulū et traratantara dicta sunt a sonitu. &c.

Perifrasis circuloquium de iure vocatur perifrasis
Cum verbis vertit an timet abula sensum
Cum verbis curas attollere rem tibi gratam.
Aut in re turpi verbis non turpibus uti.

¶ Perifrasis est circulocutio que fit aut ordinatione rei causa que pulchra est Aut nō vituperande rei que turpis est. vt iam primo nouo lumine titoni crocceum linquens aurora cubile. Aut hic & nimio luxu obtusior vsus sit genitali auro & succos oblimet inertes.

Transcensus veri manifestus hyperbole fiet. Hypbole.
Astra ferit sonus armorū clangorq; tubarū

¶ In precedentibus metris autor dicit q hyperbole est transcensus manifestus. i. excessus veri. i. veritatis. Et fit vel causa agēdi. vt niue candidior vel minuendi. vt testudine tardior ibat.

Uocū turbatus formabit hyperbaton ordo Hyperbaton
Synthesis hic themesis ac hysterologia subsint.
His & anastropha vult pariterq; parēthesis addi

¶ Hyperbaton est verbū ordinē turbans. cuius spēs sunt q̄nq; scz hysterologia vel hysteron protheron/sinthesis/themasis/anastropha/parenthesis.

Hysteron & protheron solet hysterologia dici. Hysteron ptheron.
Hoc fit cū rectā seriem sententia mutat
Hic cererem torrere parant & frangere saxo

¶ Hysteron & protheron vel hysterlogia fit quādo mutatur ordo sententie cum recta serie verborū. vt patet in exemplo. Hi cererē torrere parant & frangere saxo. Nam prius frangere seu molere debent cererem & granum q̄ torrere seu decoquere.

Synthesis est omni confusa locutio parte synthesis.
Nos virtute lauat qui labem criminis ornat

¶ Synthesis est hyperbaton ex omī parte cōfusum: vt patet in exēplo. Nos virtute lauat. &c. Est em̄ ille q̄ lauat labem criminis: ornat nos virtute.

Dat themasim binas in partes dictio secta themasis.
Est boree regio septem subiecta trioni.

¶ Themasis est vnius verbi sectio vna dictione vel pluribus interiectis: vt hic est boree regio septem subiecta trioni. Ecce li septētrioni est vnica dictio que diuisa est.

Dictio si subsit cum sit precedere digna
Fiat anastropha surgit mare littora
¶ Anastropha est verborū tm̄modo preposterus

cotra. Ecce illa ppositio cotra deberet preponi suo casuali et postponitur.

Parenthesis — In causa clausam si cōmisceris alienam
Inde parenthesis est/princeps qꝛ bella minanť
Hostes militibus vrbem premunit & armis

¶ Parenthesis est interposita oratio diuise sententie. vt patet in littera. princeps qꝛ bella minātur hostes: militibus vrbem premunit ⁊ armis.

Allegoria cuius sūt species vii — Cum designatur aliud ꝙ clausula signet.
Allegoria datur/septem species dabis illi.
Hec sunt antifrasis carientismos & enigma
Atqꝫ paranomea sarcosmos ac yronica
Antismon tandem sit predicta socianda

¶ Allegoria est tropus quo aliud significatur ꝙ dicitur. vt laterā lauas aerā verberas .i. tempus perdere vel inutiliter expendere. Huius species sunt septē quas autor numerat in littera: ⁊ subsequenter declarat.

antifrasis — Antifrasis sermo signans contraria dicta
Sic lucum dicis qꝛ raro luce nitescit.

¶ Antifrasis est vnius verbi yronia. vt bellum quasi minime bellum. Lucus/ quasi minime lucens: vel raro lucescit. parca eo qđ minime parcit.

Carientismos. — Est carientismos cum profers dura relatu
Gratius hinc amon nomen traxisse putamus

¶ Carientismos est quo dura relatu gratius profferūtur: vt cū interrogantibꝰ si quis quesierit. respōdeť bona fortuna: ex quo intelligiť neminē nos qsiuisse.

Enigma — Obscurus sermo quasi mirandus fit enigma
Patrē progenies occidit matris in aluo
Quā mater genuit generauit filia matrem.

¶ Enigma est obscura sententia per obscuram similitudinem rerūꝫ. vt patrē progenies occidit matris in aluo. ⁊ de beato Thoma intelligitur. Nā ipse erat pater animarum: progenies vero humana occidit eū predicantē in aluo matris scꝫ ecclesie. Quam mater genuit. per matrem significatur aquam in glaciem crescere ⁊ ex eadem effluere.

Si preponanť prouerbia publica dices
Esse paronomiā/lupus est sermone sub isto.

[P]aranomia est accōmodatū rebus temporibusqꝫ prouerbium. vt lupus est [in] sub isto. Erunt enim aliqui de aliquo fabulantes. Ecce veniet quidā [e]t sermo retrahatur alter eorum dicet hoc prouerbium. Lupus [in fabula] quod etiam est a rusticis vsitatum.

[...] solet hostilis derisio dici.

Auxiliante modo dicendi significata.

¶ Sarcasmos est plena odio atqꝫ hostilis derisio auxiliante modo dicendi significata. i. quod talis derisio fiat cū modo. vt hic. En agros ⁊ quam bello troiane petisti. hesper cum metire iacens. Sarcasmos est illa figura cōmittimus mordendo aliquem in sermone.

Sexta Ironia

Per voces dictis contraria dant ironiam.

¶ Ironia est sermo per cōtrariū ostendens quod cōmittitur. vt hic. I nunc ⁊ menti lectū reuerere parentis. Et dicitur ab yron quod est eleuare: quia in sermone yronico eleuamus vultum ⁊ gestum.

Septima antismos

Urbane ludens verbis non concitus ira
Antismon facies / hyrcos mulgere laboras.

¶ Antismos est figura multiplicis ⁊ numerose virtutis. Antismos enim vocatur quicquid rustica simplicitate caret: ⁊ faceta satis vrbanitate expositum est vt patz hic. hyrcos mulgere laboras. quod tantuz valet quantū nichil facis. Ecce pulcrū exemplū antismos. Bauius ⁊ meuius fuerūt duo poete parū scientes ⁊ multū odiebāt virgiliū. Uirgilius enim de hac pendens vrbane voluit eos deludere ⁊ cōposuit ista duo carmina. Qui bauiū nō odit amet ista carmia meui Atqꝫ idē iungat vulpes ⁊ mulgeat hyrcos. Quasi dicat quod vtrusqꝫ carmina vilia erant ⁊ tantū facit qui sequitur ea quātū qui iungit vulpes: ⁊ mulget hyrcos.

Omozeusis.

Est omozeusis quando rem significabis
Ex alia / cui rem possis conferre priorem.
Que fit nota magis per eam que notior extat.
Tres species icon paradigma parabola subsunt.

¶ Omozeusis est vnius vocis rei per similitudinē eius que magis est nota demonstratio. Huius species sunt tres. videlicet icon / parabola / et paradigma. Et dicitur ab omos quod est simile ⁊ zeusis iunctio quasi similiū iunctio. Subsequenter declarat easdem species.

Icon Parabola

In simili genere qui comparat efficit icon.
Hec solet ex vsu quandoqꝫ parabola dici
Sed dici poterit de iure parabola / si quis
Inter dissimiles res comparat / vtputa semen
Est euangelium quod nutrit bona terra.
Et petra suscepit quod spine detinuerunt.

¶ Icon est personarum inter se vel eoruz que personis accidunt comparatio. vt os humerosqꝫ deo similes. Interpretatur icon imago. Et nota in exemplo predicto fit cōparatio enee ad deū in pulchritudine. Hec figura ex vsu dici solet parabola de iure. i. proprie est rerū genere dissimiliū cōparatio. vtputa semen ⁊c. hoc exemplum. Similitudo exempli patet sic. Uerbū dn̄i preceptū in corde boni viri nutritur. hec est fructificat. ⁊ in corde mali viri non. Sed hoc per similitudinē clarius ostenditur. Semen comparatur euangelio siue verbo domini bona terra comparatur bono cordi: petra comparatur malo cordi.

Paradigma.

Hic paradigma facit qui primũ cõparat: et post
Assignat simile: domini sunt semina verba
Spine diuitie: mens arida petra vocatur

¶ Paradigma est enarratio hortantis vel deridentis. Et fit quando primo fit comparatio ⁊ postea per similitudinem illa talis declaratio declaratur. vt patet in littera. Nam facta est mentio de semine/ de spinis/ ⁊ de petra: et postea illi termini declarantur hoc modo. Semina sunt verba domini. Spine sunt diuitie. Petra est mens arida. Per modum hortantis fit paradigma. vt hic. Antenor potuit medijs elapsus achiuis. Illyricos penetrare sinus ⁊c̃. Per modũ deridẽtis. vt An non sic. Frigidus penetrat lacedemonie pastor Ledamq; helenam troianas vexit ad vrbes.

Protheseos. Paralãge

Alterius vox vna tenens vim ꝓpositiue.
Ut supra pro de fit protheseos paralãge

¶ Executio sigillatim de figuris ſm ordinem donati in barbarismo. hic prosequitur de quibusdam figuris que possunt retorqueri diuersimode ad predictas. Possunt em̃ ſm diuersos respect⁹ poni sub metaplasmo scemate vel tropo. Dicit ergo ꝙ protheseos paralange est ꝓpositionis pro alia propositione positio. vt super pro de. vt in Uirgilio. Multa super priamo. id est de priamo. Et ibi. Benedicta tu in mulieribus. In pro inter.

Liptota.

Cum plus significas dices minus hec tibi fiet
Liptota/ fit sub ea firmanda negatio bina.

¶ Liptota est amplioris significationis ꝺlatio. vt cũ dicit. Nõnunꝙ legi id est multotiens legi. Et habet fieri per negationẽ magis affirmando sententiã vt non mediocriter conturbatur animus meus. i. valde conturbatur.

Topographia.

Describendo locum topographiam faciemus.

¶ Topographia est loci descriptio. vt in Ouidio. Est sinus aduncos modice falcatus in arcus. Et dicit a tropos qđ est terra ⁊ graphos scriptura.

Cronographia.

Cronographia solet certũ describere tempus.

¶ Cronographia est tẽporis descriptio. vt in Ouidio Namq; sub aurora iam dormitante lucerna. Tempore quo cerni somnia vera solent ⁊c̃. Et dicit a cronos tempus ⁊ graphos scriptura.

Hypallagium.

Si dicatur agens patiens res vel viceversa.
Siue modo simili tibi sit constructio facta.
Fiet hypallagium/ perflauit fistula buccas.

¶ hypellagiũ est ordo sentẽtie cũ verbis mutatis. Fit em̃ quando agens ponitur pro patiente: vel ecõuerso. vt ptʒ in littera. Perflauit fistula buccas. id est bucce perflauerunt fistulam. Et dicitur hyper al mutatio ⁊ logos sermo.

Personamq; nouam formans dat prosopopeiã.

¶ Prosopopeia est noue persone fictio. Fit em̃ qñ res aiata ⁊ rõnalis loquitur ad inanimatã. vel ecõuerso. vel qñ rõnale loquit ad irrationalẽ: vel econuerso.

Absenti sermo directus apostropha fiet
Sic loquor absenti scripto dū mitto salutem.

Apostropha.

¶ Apostropha est sermonis a persona ad personam directio. Et fit vt si fact⁹ fuerit sermo de aliquo in tercia persona: postea dirigatur ad eandem in secunda persona. Huius exempla multa reperies in autoribus.

Est adiectiuum substantiuo resolutum.
Aut econuerso/sic endiadum tibi formo
Armatumq₃ virum designo per arma virumq₃.
Armatoq₃ viro decet arma virumq₃ notare

Endiadis

¶ Endiadis est adiectiuū in substantiuum vel substantiui in adiectiuum permutatio siue resolutio. vt in Virgilio. Arma virumq₃ cano. ⁊ in littera. Armatumq₃ virum ⁊c̄. Et fit duobus modis. sc₃ coniunctim et diuisim. Coniunctim fit quando adiectiuum ⁊ substantiuum ponuntur in littera. vt armatum virū. Diuisim fit quando solum adiectiuū ponitur vel solum substantiuum.

Extra materiam describans vana vagatur
Autor/at hanc plures ecbasim dixere figuram.

Ecbasis

¶ Ecbasis est quedam euagatio materie. vel est digressio quedam a principali materia. Sed nota q̄ hec figura nichil valet nisi reuertatur ad propositū q̄d si fiat pulcra est.

Emphasis efficitur s₃ fixum proprietatem
Significans ponis vbi debet mobile poni
Sic loquor expresse dicens/dauus est scelus ipsū

Emphasis

¶ Emphasis est expressiua locutio. Et fit quādo ponitur aliquid subiectum ⁊ sibi aliqua proprietas. vt dauus est scelus ipsum. id est ipse dauus est scelerat⁹ ⁊ non alius sicut ipse.

Est ephlegesis exponens dicta priora.

Ephlegesis.

Ephlegesis est succincta expositio precedentium: vt hic. Legerat huius amor titulum nomenq₃ libelli. Et hoc fit ad exprimendā sententiam intentam.

Cū recites quod turpe sonat dic euphoniamq₃
Circuit hec ⁊ reliquie dant religioq₃.

Euphonia

¶ Euphonia est bona sonoritas in dictione considerata. vt in hac dictione circuit ⁊ non circuiuit. reliquie ⁊ non reliquie. religio ⁊ non religio. meridies ⁊ non medidies.

Dicitur esse lepos sermo directus ad vnum.
Utens plurali: velut hic nostis bone presul.

¶ Lepos interpretatur vrbanitas loquendi. Et est lepos ad vnā personā pluralis numeri sermonis directio. vt patet in littera. Nostis bone presul. id ē presulatus. Hec figura inuenta est causa honoris

Antiptosis vel antithesis

Pro numero numerum pro casu ponere casum
Te facit antiptosis inter se plurima iungens.
Sepius audiui tempus pro tempore poni.
Ludere ludebant ad ludendumq; vacabunt
Indeq; prophetus mutantur tempora sacris

¶ Antiptosis est accidentis pro accidente positio. Et fit quando ponitur casus pro casu. vt vrbem quam statuo vestra est. Numerus pro numero inquantum resultat impropr[i]etas inconstructibilium. vt turba ruunt. vel aliter. vt multo milite. i. multis militibus. Tempus pro tempore. vnde Uirgilius. Exaudiri gemitus pro exaudiebatur. Et in prophetijs ponitur preteritum perfectum pro futuro. vt in Daniele. Fuit hyrus a siticis regionibus. i. aderit. Et hoc fit causa maioritatis certitudinis.

Antiteton

Uerba per antiteton respondent vltima primis.
Sunt daniel noe iob rector castusq; maritus.

¶ Antiteton pro vt hic sumitur est subsequentium ad precedentia retributio: vt cum singula singulis correspondent. vt patet in littera. Sunt Daniel &c. Castus reducitur ad lr daniel. rector a noe. maritus ad iob.

Anthipophora

Respondens ad ea tibi que sunt abucienda.
Das antipophoram / cum nil obuciatur.

¶ Antipophora est tacite obiectioni prolata responsio. et hoc sonat in littera. Exemplum habetur in Ouidio ibi scilicet. Omnia namq; tuo senior te querere misso. Retulerat nato nestor: at ille michi.

Anticlesis

Sensus appositos notat anticlesis eodem
Uerbo / non obsto sed toto posse resisto.

¶ Anticlesis est oppositio continue sententie in oratione contraria. vt patet in littera. Non obsto sed toto posse resisto. Et dicitur ab anti quod est contra / et clesis sententia.

Antimetabola.

Cum verbis vertit antimetabola sensum.
Non vt edas viuis: sed edas vt viuere possis.

¶ Antimetabola est in oratione continuatio sermonis sententia permutata. vt patet in littera. Non vt edas viuis: sed edas vt viuere possis.

Aposiopasis

Incipimus quicq; fari quandoq; / sed illud
Ultro / desinimus intercipimusq; tacendo
Uult aposiopasis dici defectio talis.

¶ Aposiopasis in coloribus rhetorice dicitur preciosior. Aposiopasis est sententie per orationem interpretatio. Et fit quando incipimus fari quicq; et vltro. id est voluntate desinimus illud, quoq; quod cepimus illud tacendo. vt in hoc [exem]plo Therencij. Egone illam: que me: que illum &c. Et hic. Nunquid ego re

colo que tu: sed dicere nolo.

Est cuphonismos pro verbo ponere verbum Euphonismos
Exultat domini laudem mea lingua superni.

¶ Euphonisinos est positio verbi pro verbo. vt in psalterio. Exultauit lingua mea iusticiam tuam. id est cum exultatione decantauit. Hoc etiam patet in littera. Exultat domini laudem mea lingua.

Contingens verbi mutat syneptesis ecce. Syneptesis.
Unica facta fuit mulier / que sunt modo plures
Ista sed in nostrum mutatio non venit vsum.

¶ Syneptesis est accidentis permutatio in oratione diuersa. Et fit duob9 modis. Primo modo quando fit permutatio numerorum. vt patet in littera. Unica facta fuit mulier &c. Et continetur sub sylepsi. Secundo modo quando fit permutatio personaz. vt hic. Domini est salus & super populum tuum benedictio tua. Et hec species reducitur ad apostrophaz. Nota q hec figura nobis non licet. Ideo dicit. Ista sed in nostrum.

Dicuntur bine species syneptesis esse.
Scilicet hec & ea qua personam variamus.
Nobis parce deus nostros lauet ille reatus.

¶ Quasi dicat q syneptesis fit duobus modis. vt dicimus ante. Species syneptesis dicuntur esse bine. scz hec supple de qua dictum est in precedentib9 versibus et ea qua. i per quam variamus. id est mutamus personam. vt patet ibi. Nobis parce deus nostros lauet ille reatus. Ecce primo in secūda persona loquimur cum dicimus parce. Deinde in tercia cum dicimus lauet.

Uult oliopomenon ex dictis plura notare Oliopomemon
Moto sermone: sic plura licet memorare.
Urit amor parideni nuptā rapit armat atridem
Ultio pugnatur fit machina troia crematur.

¶ Oliopomenon est sub paucis verbis multorum comprehensio. vt patet in textu aut[illegible]ris. In quo per duos versiculos hystoria Troiana continetur. Et dicitur ab olion quo est totum & poio pois et mene defectus quasi totus fictio cum defectu.

Exponens erit omophesis non nota per eque. Omophesis.
Uel magis ignota / alchitrop dic esse cauillam
Que tenet alidadam cum valdagora sociatam.

¶ Omophesis est expositio ignoti per magis vel eque notum. vt cum dicitur quid [illegible]t homo: respondeatur antropos. Idem est in exemplo littere. Pro eui9 euidentia nota q in astrolabio sunt quedam tabule ad modum ligni vel lapi-

dis disposite quarum vna dicitur alidada et alia valdagora/ que adinuicem coniuncte sunt mediante cauilla que dicitur alchitrop.

Sepe prius dicta geminat tibi theologia.
Epimenonque notat hec si repetitio fiat.
Ut quod dicetur sic certius esse probetur
Expectando dauid expectans sic geminauit.

¶ Epimenon est eiusdem dictionis repetitio immediata. vt in psalmo. Expectans expectaui dominum. Hec figura multum reperitur in sacra pagina. Ideo dicit. Theologia geminat tibi sepe dicta prius. Et hoc fit vt id quod dicitur sic probetur esse certius. Deinde ponit exemplum Dauid prophete dicens. Expectando dauid expectans sic geminauit.

Antroposbatos

Si que sunt homines assignantur deitati
Antroposbatos est sic sepe dei legis iram.

¶ Antroposbatos est cum humane proprietates assignantur inesse deo sic. Tu sepe dei legis iram. vt in psalmista. Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Irasci enim est furere ad homines spectant et non ad deum.

Omopation

Si sunt res alique concordi federe nexe
Id quod inest vni reliquam dices operari
Sic linguam cordi concordem dic meditari.
Ac omopation istam dic esse figuram.

¶ Omopation vel homopassion est attributio vnius partis alteri: vt innuit littera. ¶ Construe igitur sic. Si alique res sunt nexe id est coniuncte concordi federe. tu dices reliquam earum operari id quod inest vni ipsarum rerum. Deinde exemplificat dicens. Si linguam cordi concordem dic meditari. Lingua enim et cor sunt res coniuncti concordi federe. Nam lingua proferre habet: cor vero meditari. Si ergo attribuo proprietatem cordis lingue vel econuerso committo figuram predictam. vt dicendo. Lingua meditatur et cor loquitur.

Nil reor assertum quod non queat esse tenendum.
Pluraque signaui que non debes imitari.

¶ Quoniam exigitur modus sciendi in scientia demonstrata: hinc est quod autor futurus propositum et concludens docet modum intelligendi ea que dixit. Et quia triplex est grammatica: scilicet preceptiua/permissiua/et prohibitiua. Ideo concludens se excusat preceptiuam precepisse. et permissiuam permisisse. et prohibitiuam prohibuisse. ¶ Construe. Nil reor essertum. i. confirmatum in isto opere quod non queat esse tenendum. Uel sic. Nil reor esse tenendum quod non queat esse assertum. i. confirmatum per autores seu per aliquos autorum.

Doctrinale dei virtute iuuante peregi.
Grates reddo tibi genitor deus/et tibi christe.
Nate dei deus/atq3 tibi deus alitus alme.
Quas tres personas in idem credo deitatis.

¶ Quia non est opus rectum cuius deus nō est finis et initium. Hinc autor cognoscens regratiatur deo patri/deo filio/⁊ deo spiritui sancto. A quo incipit/ꝑ quem mediauit/⁊ in quo opus suum debite consummauit. ¶ Cōstrue ergo sic Ego peregi.i. expleui doctrinale scilz quod in principio huius operis dixi me parare scribere. virtute dei.id est virtute que deus est iuuante hoc est causāte. Est enim deus causa omnium bonorum per se. Unde. O genitor deus ego reddo tibi grates.id est gratias. Et o christe nate dei deus appositiue: tibi reddo grates. Atq3 pro ⁊.o alitus alme.i. spiritussancte deus ego reddo tibi grates. Quas tres personas sc3 patris/⁊ filij/⁊ spiritussancti ego credo in idem deitatis id est in vnā deitatē diuinitatis. Ac si diceret: quas tres personas credo esse vnicū deū licet alia persona sit patris/alia persona filij/⁊ alia persona spiritussancti. Qui quidem vnus deus sit in seculorum secula benedictus. Amen.

Libri Doctrinalis vna cū expositione textus opus exaratum est in ciuitate Londoñ. per winandum de worde ibidem cōmorantē in vico anglice nuncupato/the Fletstrete/in signo solis. Anno dñi M.ccccciii.

Ipsa petenda mihi.id est iuno tanq̄ indignata da pellice loquebatur. Et nota ꝙ ipsa nō ponitur proprie sed expresse relatiue. Nam habet antecedens inclusum in animo loquentis. hoc fit causa maioris discretionis. Dicatur ideo ꝙ ponitur discretiue.

¶ Quasi dicat ꝙ antecedēs sepe significat vnū: ⁊ relatiuum representat aliud vt manus domini que nos fecere sunt crucifixe. li manus sunt manus carnales. ⁊ li que rep̄sentat spirituales.

¶ Dicit ꝙ relatiuū aliquando discordat ab antecedente in numero vt diuina potestas psalmat.i. format hoiem: ⁊ creat eos marē ⁊ mulierē. li hominem est nu[m]eri singularis. ⁊ suū relatiuū sc3 eos est numeri pluralis.

¶ Dicit ꝙ relatiuū aliquando inuenit positū sine antecedente: vt in C

¶ Autor dicit ꝙ antecedens aliquando stat materialiter: ⁊ relatiuū stat [signi]ficatiue: vt equiria est nomē nobis placet illa videre. Equiria ponit mat[eria]liter: ⁊ illa significatiue: ⁊ est equiria ludus equorum.

[illegible] nomen [illegible] flora nō valet [illegible]

[illegible] est possessor



[illegible]

